FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

TABVLA COMPENDIOSA DE ORIGINE, SVCCESSIONE, AETATE, SECTIS, || AC DOCTRINIS VETERVM PHILOSOPHORVM. ||

Morel, Guillaume

[Paris], 1554

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150637

Visual Library

...MPENDIOSA DE ORIGI...

AC DOCTRINIS VETER...

& malũ.
a dici.
rimaniũ.
uos fore.
:ſſe.
a diſgre-
perfici.
& Iſin.
undum.
:rie om
:ſſe.
manife
:um ap
:, cibo
e Iu-
ſimile
: reli-
:, quæ
cole-
Mor-
iuinis
, reli-
: con-
a pœ-
in ſa
erat
giæ

In Grȩcia ſapientes ab his orti,

Mvsaevs poeta Athenis, Theogoniam ſphȩrã primus tractare ẽ aggreſſus, docuitque, Ex uno omnia oriri, & in idem redire.

Linvs itẽ poeta apud Thebanos, mũdi ortũ, ſolis & lunæ uias, animalium & fructuũ origines deſcripſit.

Septem ſapientes hi,
Thales.
Solon.
Periander.
Cleobvlvs.
Chilon.
Bias.
Pitacvs
Addunt quidam.
Anacharsin.
Mysonem.
Pherecydem.
Evmenidem.
Pisistratvm.

Thales Ionicorum philoſophorum princeps. Olym 30. tempore Crœſi, primus fertur ſcripſiſſe de ſolſtitio & equinoctio, de aſtrologia, & defectionibus ſolis. Animas eſſe immortales. Quanto ſol maior ſit luna.
Initium rerum eſſe aquam. Mundum animatũ eſſe & dæmonibus plenum. Anni dies eſſe 365. Huic ſucceſſit.

Anaximander qui Olym. 58. an. 2. erat 64. annorum, cui ſucceſſit.

Anaximenes Olymp. 63. tempore Pytagoræ, deinde.

Anaxagoras Olymp. 70. docuit.
Res omnes ſimul factas eſſe. Deinde ornatas à mente fuiſſe, & diſtinctas. Floruit tẽpore Xerxis, eius fuit diſcipulus.

Archelavs, qui ex Ionia philoſophiam Athenas tranſtulit, vbi docuit.
Ortus rerum duas eſſe cauſas, calidũ & frigidũ.
Animalia ex luto gigni.
Iuſtum & iniuſtum non natura, ſed lege conſtitutum eſſe.
Vocem percuſſionem eſſe aeris definiuit.
Maximum aſtrorum ſolem eſſe.
Vniuerſum infinitũ eſſe. Huius diſcipulus fuit.

Socrates auctor philoſophiæ de moribus, natus Olymp. 77.
Vnicum bonũ ſcientiam eſſe dicebat: reliquas res nihil ſancti habere.
Se hoc vnum ſcire, quòd nihil ſciret.
Phyſica & cætera illius generis ad nos nihil pertinere.
Aliorum ſententias refellere, quàm ſuas ſtatuere mallebat.

Pytagoras Italicorum philoſophorum princeps, auditor Phærecydis, Olym. 60. docuit.
Ex numeris omnia conſtare.
Monadem initium rerum eſſe.
Dyadem rerum eſſe materiam,
Inde numeros naſci, puncta, lineas, plana, corpora, &c.
Mundum animantem eſſe & intelligentem.
Omnia quæ ſunt in iferiori aere mortalia eſſe.
Quæ in ſuperiori, immortalia & diuina.
Animum immortalem eſſe.
Aerem plenum eſſe dæmonibus, & heroibus, inde ſomnia & diuinationes immitti hominibus.
Virtutem harmoniam eſſe.
Beatum eſſe qui animo & ingenio valeat.
Abſtinendum à carnibus, ouis, fabis.
Se non eſſe ſapiẽtem, ſed philoſophum. i. ſapiẽtiæ amantem profeſſus eſt. Huic ſucceſſit.

Telavges filius, deinde.

Xenophanes, qui docuit,
Mundos eſſe infinitos.
Dei naturam non eſſe ſpecie humana, ſed figura rotunda.
Deum omnia videre & audire.
Quicquid natum eſt interire.
Animum ſpiritum eſſe. Hunc ſecutus eſt.

Parmenides qui docuit,
Terram rotundam eſſe, & in medio vniuerſi iacere.
Duo eſſe elementa, terram ut materiã, ignem ut opificem.
Rationem veracem eſſe, ſenſus verò fallaces.
Eundem eſſe Heſperum & Luciferum.

Socratis inter cæteros...
Antiſthenes, Plato, Ariſ...

Antisthenes Cynico...
ctus à libertate & mord...
Virtutem doceri poſſe.
Eoſdem eſſe nobiles & vi...
Seipſa ad vitam beatã cõ...
Virtutem rebus non verb...
Tam eſſe expetendum v...
quàm opes & diuitias.
Bona honeſta, mala turpia...
Nihil eſſe turpe quod nat...
Hunc ſecutus eſt.

Diogenes cognomẽto C...
erat Olym. 113. docuit.
Exercitationẽ duplicẽ eſſe,...
Alteram ſine altera imperf...
Naturam ſequi vitam eſſe...
Nihil melius eſſe libertate...
Omnia ſapientũ eſſe, quia...
Nobilitatem, gloriam, & ...
eſſe vitiorum.
Communes debere eſſe vx...
Guſtari piè poſſe carnes hu...
Hunc ſecutus eſt.

Crates Thebanus, Olym...

Zeno Cittieus, Olym. 13...

Zeno Eleates Parmenidi ſ...
70. qui dixit, Vacuum nihi...
Oriri homines ex terra.
Omnia ex frigido, calido...
naſci.
Animũ tẽperationẽ eſſe ex...

Levcippvs ſecutus eſt, qu...
Omnia eſſe infinita & inte...
Quicquid eſt, vacuum eſſe ...
Rerum initia atomos eſſe.
Mundos eſſe infinitos.

Democritvs huic ſucceſ...
De atomis idem docuit qu...
Animi tranquillitatem ſu...
quã εὐεϛώ, εὐθυμίαν, & ἀκα...
Huic ſucceſſit.
Navsiphanes & Naucyd...

Epicvrvs deinde Epicure...
Summum bonũ uoluptate...
καταϛηματικὴ. i. ſtabilis dic...
do poſitam.
Eam ex corporis voluptate...
Summum malum dolorem...
poris dolore oriatur.
Virtutes voluptatis cauſa c...
hil eſſe, niſi voluptatem p...
De atomis idem docuit qu...
Mundos innumerabiles eſſ...
Imaginum quæ à rebus flu...
nos videre & cogitare.
Animum nõ eſſe incorpore...
vnà cum animali.
Solẽ & aſtra tãta eſſe, quã...
Deum non curare res hum...
Nullam eſſe artem diſſere...
Senſus perpetuo veraces ...
felli à re vlla poſſe.

GINE. SVCCESSIO

RVM PHILOSOPHO

cæteros inſignes diſcipuli,
to,Ariſtippus,Euclides.

Cynicorum princeps,ſic di-
x mordacitate,docuit
oſſe.
es & virtute præditos.
ratã cõtentam eſſe virtutẽ.
on verbis metiendam eſſe.
dum vulgi contemptum
itias.
a turpia ſola eſſe.
od naturæ conueniat.

mẽto Cynicus,qui ſenex
ocuit.
icẽ eſſe,animi & corporis.
imperfectam eſſe.
em eſſe beatam.
bertate.
ſe,quia ſint amici Deorũ.
iam, & cætera ornamenta

e eſſe vxores.
rnes humanas.

s, Olymp.113. Deinde.

lym.130. in Stoa porticu.

nenidi ſucceſſit, Olymp.
um nihil eſſe.
erra.
, calido humido & ſicco

ẽ eſſe ex elementis. Hunc.

us eſt,qui docuit.
& inter ſe mutari.
um eſſe aut corpus.
os eſſe.
os.

ic ſucceſſit,Olymp.80.
cuit quod magiſter.
tem ſummum bonũ eſſe,
, & ἀκαμίαν appellabat.

Naucydes.

Epicureorũ auctor,docuit
luptatem animi eſſe, quæ
bilis dicitur,in nõ dolen-

oluptate naſci.
olorem animi,qui ex cor
ur.
cauſa comparari,& eas ni
tatem pariant.
cuit quod Democritus.
biles eſſe.
ebus fluant, concurſione
tare.
corporeum, ideo interire

ſe, quãta oculis videãtur.
res humanas.
diſſerendi.
veraces eſſe,nec falli nec re
e.

ZENO is Stoicorũ princeps fuit,qui docuerũt
Primam eſſe animalis appetitionem, ſeipſum conſeruare.
Finẽ bonorũ eſſe,cõueniẽter naturæ viuere.
Honeſtum, virtutem,& utile idem eſſe.
Bonum non eſſe vllum præter honeſtum,ut nec malum præter turpe.
Commoda aut incõmoda corporis uel fortunæ nec bona eſſe nec mala,ſed indifferentia, eſſe tamen alijs alia anteponenda.
Bona creſcere nõ poſſe,aut imminui,ſed omnia omnibus æqualia & paria eſſe, vt etiam mala & peccata.
Officiũ eſſe quod naturæ & rationi cõgruat.
πάθη motus eſſe uitioſos non naturales, ſed ex opinione peruerſa natos, ideò ijs carere ſapientes & eſſe impatibiles.
Solos ſapientes eſſe ſacerdotes,reges,dictatores,&c.liberos, ĩnocẽtes,amicos,beneficos, omnium rerũ dominos, formoſos inuictos, vinciri non poſſe,&c. Contrà ſtultos.
Nullam eſſe in virtute progreſſionem,quæ leuet à miſeria.
Meliores alios aliis nullos eſſe.
Communes eſſe debere ſapientibus vxores.
Mundum finitum eſſe.
Vacuum rem eſſe infinitam.
Solem ignem eſſe ſyncerum.
Deum prouidere mundo & partibus eius.

CLEANTHES poſt Zenonẽ ſcholã obtinuit
CHRYSIPPVS deinde,cuius diſcipuli.

ARISTO Chius, qui docebat,
Nulla eſſe momenta ad eligendum in medi
rebus inter virtutem & vitium,ſed omnia p
ria eſſe.
Partem philoſophiæ de natura, & artẽ diſſe
di nullam eſſe,quòd altera ſit ſupra nos, :
tera nihil ad nos attineat.

HERILLVS, qui finem eſſe dixit,ſcientian
Indifferentia eſſe omnino commoda cor
ris & animi.
IYRRHO horum etiam tempore docuit.
Nihil tale eſſe reuera quale videretur,ſed
nione tantum omnia eſſe. Hinc Pyrrh
ab eo, ſceptici à conſiderando, zetetic
inquirendo, ephectici à iudicio retin
dicti ſunt.

Olympias 3
nus erat ab o
Iuda ann. 2.iti
mi, Chaldæor
tequam Rom
quinij pater
mus antequa
ſalem incipe
annis ante
rum philoſc
ne quiuis m

TABVLA COMPENDIOSA DE ORIGINE, SVCCESSIONE, ÆTATE, SECTIS, AC DOCTRINIS VETERVM PHILOSOPHORVM.

Primi ſapientes memorantur.

MAGI apud Perſas, quorum princeps Zoroaſtes, qui deorum cultibus & diuinationibus ſtudebant, docebantque
- Duo principia eſſe bonū Dæmonē & malū.
- Bonum, Iouem eſſe, & Oromaſdem dici.
- Malū, Plutonē, quē nominabant Arimaniū.
- Homines ſemp futuros eſſe, ac ppetuos fore.
- Omnia ſuis inſtitutionibus manſura eſſe.
- Deos genitos eſſe.
- Initiū rerū eſſe materiā, deinde ex ea diſgregari elementa, animaliaque tandem perfici.
- Deos eſſe Solem & Lunam.i.Oſirin & Iſin.
- Mūdum genitū eſſe, eundemque corrumpi.
- Stellas ignem eſſe, & ex earum temperie omnia gigni.
- Deos eſſe ignem, terram, & aquam.
- Deorum alios mares, alios fœminas eſſe.
- Impium eſſe cremare mortuos.
- Sanctum, cum matre aut filia miſceri.
- Diuinationibus & præſagijs deos ſe manifeſtare.
- Idolis plenum eſſe aerem, quæ iis tantum apparent qui acuti ſunt viſu.
- Vtebantur veſte cādida, lecto gramine, cibo olere, caſeo, pane ſecundo.

SACERDOTES & Prophetæ apud Aegyptios ſiue Iudæos, quorū Theologia Chriſtianis nota eſt. ac veriſimile eſt eos multa de rerum natura, de motu aſtrorum, & reliquis ad doctrinæ cognitionem pertinētibus docuiſſe, quæ ſcriptis non mandarint, aut ad nos non peruenerint.

GYMNOSOPHISTAE apud Indos, qui docuerunt colere deos. Mali nihil perpetrare. Fortitudinē exercere. Mortem contemnere.

DRVIDAE & Semnothei apud Gallos, qui rebus diuinis intererant, ſacrificia publica ac priuata procurabant, religiones interpretabantur, adoleſcentes erudiebant, de controuerſiis publicis priuatiſque diſcernebant, præmia pœnaſque conſtituebant. Cæſar de bello Gall. lib 6.

OCHVS apud Phœnices.

ATLAS in Lybia, qui ob id cœlum humeris ſuſtinere in fabulis dicitur, quod primus aſtrologiā docuerit, cuius erat periciſſimus.

ZAMOLXIS apud Thraces.

CHALDAEI apud Babylonios & Aſſyrios Aſtrologiæ periti & prædictionum.

In Græcia ſapientes alii orti,

MVSAEVS poeta Athenis, Theogoniam ſphærā primus tractare ē aggreſſus, docuitque, Ex uno omnia oriri, & in idem redire.

LINVS itē poeta apud Thebanos, mūdi ortū, ſolis & lunæ vias, animalium & fructuū origines deſcripſit.

SEPTEM ſapientes hi,
- THALES.
- SOLON.
- PERIANDER.
- CLEOBVLVS.
- CHILON.
- BIAS.
- PITAGVS.

Addunt quidam.
- ANACHARSIN.
- MYSONEM.
- PHERECYDEM.
- EPIMENIDEM.
- PISISTRATVM.

THALES Ionicorum philoſophorum princeps. Olym. 50. tempore Crœſi, primus fertur ſcripſiſſe de ſolſtitio & æquinoctio, de aſtrologia, & defectionibus ſolis. Animas eſſe immortales. Quanto ſol maior ſit luna.
- Initium rerum eſſe aquam. Mundum animatū eſſe & dæmonibus plenum. Anni dies eſſe 365. Huic ſucceſſit.

ANAXIMANDER qui Olym. 58. an. 2. erat 64. annorum, cui ſucceſſit.

ANAXIMENES Olymp. 63. tempore Pytagoræ, deinde.

ANAXAGORAS Olymp. 70. docuit.
- Res omnes ſimul factas eſſe. Deinde ornatas à mente fuiſſe, & diſtinctas. Floruit tēpore Xerxis, cuius fuit diſcipulus.

ARCHELAVS, qui ex Ionia philoſophiam Athenas tranſtulit, vbi docuit.
- Ortus rerum duas eſſe cauſas, calidū & frigidū.
- Animalia ex luto gigni.
- Iuſtum & iniuſtum non natura, ſed lege conſtitutum eſſe.
- Vocem percuſſionem eſſe aeris definiuit.
- Maximum aſtrorum ſolem eſſe.
- Vniuerſum infinitū eſſe. Huius diſcipulus fuit.

SOCRATES auctor philoſophiæ de moribus, natus Olymp. 77.
- Vnicum bonū ſcientiam eſſe dicebat: reliquas res nihil ſancti habere.
- Se hoc vnum ſcire, quòd nihil ſciret.
- Phyſica & cætera illius generis ad nos nihil pertinere.
- Aliorum ſententias refellere, quàm ſuas ſtatuere malebat.

PYTAGORAS Italicorum philoſophorum princeps, auditor Pherecydis, Olym. 60. docuit.
- Ex numeris omnia conſtare.
- Monadem initium rerum eſſe.
- Dyadem rerum eſſe materiam,
- Inde numeros naſci, puncta, lineas, plana, corpora, &c.
- Mundum animantem eſſe & intelligentem.
- Omnia quæ ſunt in inferiori aere mortalia eſſe.
- Quæ in ſuperiori, immortalia & diuina.
- Animum immortalem eſſe.
- Aerem plenum eſſe dæmonibus, & heroibus, inde ſomnia & diuinationes immitti hominibus.
- Virtutem harmoniam eſſe.
- Beatum eſſe qui animo & ingenio valeat.
- Abſtinendum à carnibus, ouis, fabis.
- Se non eſſe ſapiētem, ſed philoſophum.i. ſapiētiæ amantem profeſſus eſt. Huic ſucceſſit.

TELAVGES filius, deinde.

XENOPHANES, qui docuit,
- Mundos eſſe infinitos.
- Dei naturam non eſſe ſpecie humana, ſed figura rotunda.
- Deum omnia videre & audire.
- Quicquid natum eſt interire.
- Animum ſpiritum eſſe. Hunc ſecutus eſt.

PARMENIDES qui docuit,
- Terram rotundam eſſe, & in medio vniuerſi iacere.
- Duo eſſe elementa, terram ut materiā, ignem ut opificem.
- Rationem veracem eſſe, ſenſus verò fallaces.
- Eundem eſſe Heſperum & Luciferum.

SOCRATIS inter cæteros inſignes diſcipuli, Antiſthenes, Plato, Ariſtippus, Euclides.

ANTISTHENES Cynicorum princeps, ſic dictus à libertate & mordacitate, docuit
- Virtutem doceri poſſe.
- Eoſdem eſſe nobiles & virtute præditos.
- Seipſa ad vitam beatā contentam eſſe virtutē.
- Virtutem rebus non verbis metiendam eſſe.
- Tam eſſe expetendum vulgi contemptum quàm opes & diuitias.
- Bona honeſta, mala turpia ſola eſſe.
- Nihil eſſe turpe quod naturæ conueniat.
- Hunc ſecutus eſt.

DIOGENES cognomēto Cynicus, qui ſenex erat Olym. 113. docuit.
- Exercitationē duplicē eſſe, animi & corporis.
- Alteram ſine altera imperfectam eſſe.
- Naturam ſequi vitam eſſe beatam.
- Nihil melius eſſe libertate.
- Omnia ſapientū eſſe, quia ſint amici Deorū.
- Nobilitatem, gloriam, & cætera ornamenta eſſe vitiorum.
- Communes debere eſſe vxores.
- Guſtari piè poſſe carnes humanas.
- Hunc ſecutus eſt.

CRATES Thebanus, Olymp. 113. Deinde.

ZENO Citticus, Olym. 130. in Stoa portica.

ZENO Eleates Parmenidi ſucceſſit, Olymp. 70. qui dixit, Vacuum nihil eſſe.
- Oriri homines ex terra.
- Omnia ex frigido, calido humido & ſicco naſci.
- Animū tēperationē eſſe ex elementis. Hunc.

LEVCIPPVS ſecutus eſt, qui docuit.
- Omnia eſſe infinita & inter ſe mutari.
- Quicquid eſt, vacuum eſſe aut corpus.
- Rerum initia atomos eſſe.
- Mundos eſſe infinitos.

DEMOCRITVS huic ſucceſſit, Olymp. 80.
- De atomis idem docuit quod magiſter.
- Animi tranquillitatem ſummum bonū eſſe, quā εὐεστὼ, ἀθαμβίαν, & ἀταραξίαν appellabat. Huic ſucceſſit.

NAVSIPHANES & Naucydes.

EPICVRVS deinde Epicureorū auctor, docuit
- Summum bonū voluptatem animi eſſe, quæ καταστηματικὴ .i. ſtabilis dicitur, in nō dolendo poſitam.
- Eam ex corporis voluptate naſci.
- Summum malum dolorem animi, qui ex corporis dolore oriatur.
- Virtutes voluptatis cauſa comparari, & eas nihil eſſe, niſi voluptatem pariant.
- De atomis idem docuit quod Democritus.
- Mundos innumerabiles eſſe.
- Imaginum quæ à rebus fluunt, concurſione nos videre & cogitare.
- Animum nō eſſe incorporeum, ideo interire vnà cum animali.
- Solē & aſtra tāta eſſe, quāta oculis videātur.
- Deum non curare res humanas.
- Nullam eſſe artem diſſerendi.
- Senſus perpetuo veraces eſſe, nec falli nec ex falli à re vlla poſſe.

ZENO is Stoicorū princeps fuit, qui docuerūt
- Primam eſſe animalis appetitionem, ſeipſum conſeruare.
- Finē bonorū eſſe, cōuenientèr naturæ viuere.
- Honeſtum, virtutem, & utile idem eſſe.
- Bonum non eſſe vllum præter honeſtum, ut nec malum præter turpe.
- Commoda aut incōmoda corporis uel fortunæ nec bona eſſe nec mala, ſed indifferentia, eſſe tamen alijs alia anteponenda.
- Bona creſcere nō poſſe, aut imminui, ſed omnia omnibus æqualia & paria eſſe, ut etiam mala & peccata.
- Officiū eſſe quod naturæ & rationi cōgruat.
- πάθη motus eſſe vitioſos non naturales, ſed ex opinione peruerſa natos, ideò ijs carere ſapientes & eſſe impatibiles.
- Solos ſapientes eſſe ſacerdotes, reges, dictatores, &c. liberos, inocētes, amicos, beneficos, omnium rerū dominos, formoſos inuictos, vinciri non poſſe, &c. Contrà ſtultos.
- Nullam eſſe in virtute progreſſionem, quæ leuet à miſeria.
- Meliores alios aliis nullos eſſe.
- Communes eſſe debere ſapientibus vxores.
- Mundum finitum eſſe.
- Vacuum rem eſſe infinitam.
- Solem ignem eſſe ſyncerum.
- Deum prouidere mundo & partibus eius.

CLEANTHES poſt Zenonē ſcholā obtinuit.

CHRYSIPPVS deinde, cuius diſcipuli.

ARISTO Chius, qui docebat,
- Nulla eſſe momenta ad eligendum in mediis rebus inter virtutem & vitium, ſed omnia paria eſſe.
- Partem philoſophiæ de natura, & artē differēdi nullam eſſe, quòd altera ſit ſupra nos, altera nihil ad nos attineat.

HERILLVS, qui finem eſſe dixit, ſcientiam.
- Indifferentia eſſe omnino commoda corporis & animi.

PYRRHO horum etiam tempore docuit.
- Nihil tale eſſe reuera quale videretur, ſed opinione tantum omnia eſſe. Hinc Pyrrhonii ab eo, ſceptici à conſiderando, zetetici ab inquirendo, ephectici à iudicio retinendo dicti ſunt.

PLATO Olymp. 88. natus, Socratis auditor, Academiæ præfuit, vnde Academici, qui veteres appellantur, docuit.
- Summum bonum eſſe, ſi quis Deo ſimilis ſit.
- Virtutem ad beatā uitam requirere corporis, & fortunæ emolumenta, nō tamen neceſſaria ad beatitudinem ea eſſe.
- Animum immortalem eſſe, & multa ſubire corpora.
- Quatuor rerum eſſe cauſas, Materiā, Deum, Ideam & Exemplar.
- Deum curare ac intueri res humanas.
- Tres eſſe animi partes, rationē in capite, iram in corde, cupiditatem in iecore.
- Primus dialogos conſcripſit.
- Eius diſcipuli duo,

ARISTOTELES, qui in Lycio inambulando Peripateticis originem dedit, natus Olymp. 99. ann. 3. docuit.
- Summum bonum actionem vſumque virtutis eſſe in vita perfecta.
- Sapientis eſſe, non carere affectionibus, ſed eas moderari.
- Beatitudinem trium bonorū, animi, corporis & fortunæ complementum eſſe.
- Virtutes mediocritates eſſe vitiorum.
- Prouidentiā dei ad cœlū lunæ vſque protēdi.
- Animā continuatā eſſe motionē .i. ἐντελέχειαν.
- Artes & ſcientias ſingulatim adhibita methodo tractauit.

THEOPHRASTVS huic in ſchola ſucceſſit Olymp. 114. qui docuit,
- Cum calamitatibus nō conſtare vitam beatā.

STRATO deinde Phyſicus Olym. 123.

LYCO Troadeus, poſt Stratonem Olym. 127.

SPEVSIPPVS alter Platonis diſcipulus Oly. 108. quem ſecutus eſt.

XENOCRATES. Olymp. 110. ann. 2. tum.

POLEMO, deinceps ſequitur.

CRATES, cuius diſcipulus fuit.

ARCESILAS nouæ Academiæ fundator, Oly. 120. docuit,
- Verum & certum nihil eſſe, ut nec falſum.
- Cohibendam aſſenſionem ab omni re.
- Scientiā rerū nullā eſſe, ſed tantum opinionē.
- Nihil eſſe affirmandum ſapienti.
- Probabilia multa videri, multa improbabilia.

LACYDES hunc ſecutus eſt. Olym. 134. anno 4. quem auctorē nouæ Academiæ Laertius facit, ut Arceſilam mediæ.

CARNEADES deinde ſucceſſit Stoicorum hoſtis acerrimus, Olym. 162. moritur.

CLITOMACHVS poſtremus Academicæ ſectæ defenſor fuit, qui & aliarum diſciplinarum ſententias apprimè tenuit.

ARISTIPPVS Cyrenēſis Socratis quartus auditor, vnde Cyrenaycorum ſecta prodit, quæ docuit.
- Summum bonū eſſe motum iucundum ſenſus mouentē.i. voluptatem corporis.
- Dolorem ſummum malum eſſe.
- Voluptatem animi finem bonorum nō eſſe.
- De rebus præteritis aut futuris nullam eſſe voluptatem, ſed de præſentibus ſolum.
- Vacuitatem doloris nō eſſe voluptatem.
- Dolores corporis quā animi deteriores eſſe.
- Voluptates corporis quàm animi meliores eſſe.
- Voluptatis cauſa tantum expeti virtutes, & doloris, fugi vitia.
- Huius diſcipuli inſignes fuerunt.

ANTIPATER Cyrenē' poſt hūc **EPITIDES**. deinde **PAREBATES**, tum **HEGESIAS**, Hegeſiacorum princeps, qui docuit.
- Finē bonorum eſſe voluptatem, ut malorum dolorem.
- Vtilitatis tantum cauſa expeti virtutes.
- Vitam beatā nuſquam cōſiſtere poſſe in tanta fortunæ varietate & incertitudine.
- Natura nihil eſſe iucundum aut contrà, ſed opinione.

ANNICERIS Ariſtippi item auditor Anniceriorum fundator, cenſuit.
- Vitam beatam conſtare hic poſſe, etiā ſi doloribus iucundæ res permiſceantur.

ARISTIPPVS Metrodidactus Ariſtippi quoque diſcipulus, quem ſecutus eſt.

THEODORVS Atheus, vnde Theodorij dicti, qui docuit.
- Deos nullos eſſe.
- Lætitiam & gaudium ſummum eſſe bonum.
- Triſtitiam malum eſſe extremum.
- Bona eſſe prudentiam & iuſtitiam.
- Mala verò, quæ ſunt illis contraria.

EVCLIDES Megarēſis, Socratis item diſcipulus, vnde Megarici appellati ſunt, docuit.
- Id bonū ſolum eſſe quod ſit vnū ſimile idē & ſemper.
- Bonum appellari aliàs prouidentiam, aliàs Deum, aliàs mentem, &c.
- Quæ bono aduerſentur nulla eſſe.
- Omne bonum in mente poſitum eſſe, & acie mentis qua verum cernitur.

MENEDEMVS hanc quoq; ſectā Euclidis ſecutus eſt qui quod Eretrias eſſet, ſuis Eretriacorum nomen dedit.

Olympias 50. quo tempore Thales floruit, annus erat ab orbe condito 3304. regni Ioſiæ in Iuda ann. 2. itidem regni Nabuchodonoſor primi, Chaldæorum regis tertij, annis duobus antequam Romæ poſt Martium Demaratus Tarquinij pater regnaret, qui annus eſt duodecimus antequam Ieremias prophetare in Hieruſalem inciperet, ſexcentis quinquaginta nouem annis ante CHRISTVM natum. Reliquorum philoſophorum ætatem ex hac ſupputatione quiuis mediocriter eruditus intelliget.

Deſcribebat ac typis mandabat Guil. Morelius Cal. Septemb. M. D. LIIII.